ARgentina ciuitas vetuſtiſſima ac ꝑmagnifica argētuaria dicta apud heluetios ꝓpe rhenū ſita. Cum treueris metropolis belge ꝓuincie tꝑibus abrahe cōſtrui cepta ſit. inde potētatu aucta. hec vrbs primo ſub dominio treuerēſiū fuit. quā poſtmodū iulius ceſar cū vniuerſaꝝ ꝓuinciaꝝ heluetioꝝ ⁊ heduoꝝ, traiecto rheno fluuio ſubiecit. Cui ꝯſulē ⁊ queſtorē dedit: qui in ea vrbe camerā romanoꝝ ꝓ tributis ſoluendis ꝓfecerūt. Inde nomē argentine aſſumpſit. qui vſqꝫ ad imperij inclinationē ibidē ꝑſtiterūt. Athila poſtea egreſſus de ſicambria primo illiricos inuaſiſſe dicit. deinde omni pene germania ꝑuagata, ac cunctis ciuitatibꝰ ⁊ caſtris que occurrebant ſubuerſis. Intrauit tandē in regnū cōſtātie. cui ſigiſmūdus rex eiuſdē terre princeps circa baſileā cū exercitu magno occurit. quē attila cū oī expeditione cōtrito ⁊ fugato ſuo dominio ſubiugauit. A loco illo egreſſus athila iuxta rhenū argentinā ciuitatē munitiſſimā (quā romanoꝝ nullus ceſar penitꝰ expugnare potuit) obſedit expugnauitqꝫ diruēdo murū eiꝰ in diuerſis locis vt cunctis aduenientibꝰ ſine difficultate via libera ⁊ patens introitus ꝑberet. edicēs firmiſſime ne ipſius murꝰ rege ipſo viuēte repareret: vt eadem ciuitas nō argentina ſed ꝓpter viarū pluralitatē: quas in muro eiꝰ fecerat Straſpurg vocaret. deinde ammoto exercitu de argētina luxoniū: bizantiū: chalon: maſticon: lingonē: burgundiā ⁊ lugdunū ciuitates munitas deſtrui fecit. Poſt aliqua tꝑa cū reges francoꝝ apud heluetios dominū potiti ſunt. in ea vrbe domiciliū habuerūt. qui deinde duces in ea ꝯſtituerūt. Pater ꝗꝫ ſancte otiliene dum vrbis: ſed ⁊ ꝓuincie ducatū habuit. qui hohenburg ⁊ alia cōſtruxit. poſt eū albertꝰ filius ⁊ ſuccedentes gubernarūt. Tandē ꝑ romanos imꝑatores in libertatē ac ius imperij ceſſit. A diuo vero materno ꝗ a ſancto petro apl'o ad rhenanas ciuitates cū euchario ⁊ valerio miſſus fuit. fidē orthodoxam accepit: qui apud eos poſt obitū baculo petri reuixit. ac eccl'iam ad ſanctū petrum antiquū: appellatā extruxit. Habet hec vrbs preter amenitatē ⁊ ciuiū vrbanitatē. templū ꝑmagnificū. ⁊ turrim pulcherrimā ſingulari ꝓſtantio cōſtructā. Nobilitatē ꝗꝫ ꝑ vicina oppida: ꝑqꝫ finitimas vrbes diſperſam cū ſumma cōcordia. ea ciuitas collegit. qui digniſſimis priuilegijs liberū magiſtratū ac rempublicā cū ciuibus ꝑ viciſſitudinē gubernant. Epiſcopatū quoqꝫ nobilem habet cui ⁊ principes prefuerūt. Abluit aūt preter rhenū hec vrbs inſignis duobus fluuijs nauigabilibus quos rhenus excipit.

De obitu Athile regis hunorum.

PRofectum italia athilā vt ꝑmiſſum eſt: auxilio leonis pape. ⁊ iam in norico ſuperiori que nunc pars auſtria: pars baioaria dicit: ſtatiua ducentē athilā honoria valētiniani imꝑatoris ſoror ꝑ eunuchū pellexit: vt ſeſe cupiētiſſimā in vxorē ꝓcibus miniſqꝫ a fratre extorqueret. Id aūt magna verboꝝ inſtantia athila intentauit: impetraturū ſe nouit: ⁊ tamen homo luxu perditiſſimus cōtinere nequiuit: quin multis quas haberet: ⁊ ſecum in exercitu traheret vxoribꝰ: aliā (cui ildiconi erat nomen) adderet. Cuius nuptiarū beneficio: mors eum oportuna e medio ſuſtulit. Nāqꝫ poſt cōuiuiū ꝓfuſiꝰ hilariuſqꝫ celebratū: reſupinꝰ alto in ſopore cū demerſus eſſet: ſanguis e naribus ꝓfluens vitalibus opletis meatibꝰ eum necauit. Quod quidē illa nocte ſcribūt multi cognouiſſe ꝑ ſomniū apud conſtātinopolim marcianū: cui viſum ſit videre athile arcū (quo armoꝝ genere huni in primis vterent) fractū eſſe. Et intra id tempus germaniā omnem: daciamqꝫ: ſarmaciā ⁊ ceteras ꝓuincias ad danubiū rhenumqꝫ ſitas perdidit romana res publica. Hiſpania quoqꝫ vlterior aquitania ⁊ vaſconia atqꝫ illa eduenſinm veſuncionūqꝫ gallie pars: quam burgundiones anno vrbis capte ſecundo ceperunt: ſunt amiſſe. pariter factum eſt annis ſequentibus de ſenonenſi pariſioꝝ francis ſubiecta. quorum omniū ꝓuinciarū nulla poſtmodum ꝑ romanoꝝ imperio eſt recepta.

Euthices hereticus

EUthices hereſiarcha conſtantinopolitanus abbas: ꝑ hoc tempus ſuū dogmatizat errorē. ⁊ ne ſentire cuꝫ neſtorio videret diuinā cū humana natura: in idem cōpoſitū recidiſſe affirmabat vnūqꝫ factū: nec vllo modo inter ſe diſtingui debere. hāc hereſim cuꝫ flauianus cōſtantinopolitanꝰ epꝯ damnaſſet. Theodoſio annuente ſynodus ephesina indicit. In qua dioſcoro alexandro epō ꝓſidēte. euthices ipſe iam damnatꝰ: exilio relegatur Thimotheus quoqꝫ hereticus inſaniens multos errores diſſeminauit. Is concilio calcedonenſi: perpetuo exilio damnatus eſt.

© The Hebrew University of Jerusalem & The Jewish National & University Library